

Littere D. Sigismundi Regis, quibus
post prestitum, suo jurandum Filii, solemniter
iterum cavet universis subditis, ejus majestati
neminet parere debere, nec imperio obnoxios
fore, nisi prius omnia Jura, Privilegia, et
libertates Diplomate suo confirmaverit, et
juxta ejus tenorem in executionem posuerit.

Sigismundus ejus nominis primus Dei gratia
Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Ma-
sowie, etc. Dominus et Haeres, significamus tenore
presentium universis et cujuslibet Ordinis, digni-
tatis, et conditionis hominibus, Quum ante se-
ptem annos Consiliarij Regni nostri, singulari
erga nos Domumq. nostram Regiam, studio et pro-
pensione permoti, tum imminentibus, etiam Diffi-
cultatibus, atq. motibus, quibus nunc universis
fere Orbis terrarum tumultuatur, obviam ituri,
Serenissimum Filium nostrum Sigismundum Au-
gustinum, Regem sibi et Regno Poloniae, nobisq.
Successorem, voluntate nostra constituerent. At
ne res ea post hac ullo pacto in dubium revoca-
ri possit, Jurjurando sigillatim, Fato fidem suam
ipsius Majestati obstrinxissent, quoniam is, tunc
per aetatem nondum commode vicissim ipsis Ju-
jurandum dare poterat, recepimus nos, et spo-
pondimus, et Regis verbo nostro promissimus,
ipsius Majestatem, cum annum quintum decimum
egressa fuisset, vicissim subditis suis omnibus con-
sentaneum suo jurandum esse daturum, cujus for-
mula continetur in literis, quibus fidem tum
nostram obstrinxeramus. Nunc itaq. cum tem-
pus ad venisset, liberavit ipsius Majestas fidem
nostram pro se datam, taleq. suo jurandum, quale
modo descriptum est, conceptis verbis ad Sancta

Dei

1537

Dei Evangelia publice in Ecclesia Cathedrali Cra-
coviens. quarta Die Februarij presentis anni Dedit.
At ne quid ea res Discriminis maliq. afferret, ita
tum quoque in Electione illa cautum publicoq. omni-
um consensu constitutum erat, ut quoad nos vive-
remus penes nos universa potestas, et Regium-
Imperium nihilominus maneret: Nunc etiam rece-
pit idem Serenissimus Filius noster, spondit
et Rege verbo suo promisit, literarumq. monumentis
ea de re conscriptis, et signo suo consignatis cautis
viventibus nobis nihil se potestatis, et Jurisdic-
tionis in Regno Poloniae, sibi esse vendicaturum, neq.
ui quenuquam invitum ad jussa sua faciendum
adacturum, sed omnia seq. ipsum deniq. semper
in potestate nostra fore. Deinde quaecumque ju-
rasset Publice, omnia se, sine ulla controversia
servaturum, Defensurum, atq. executurum esse.
Postremo, post obitum quoque nostrum, neminem
predictorum subditorum suorum sibi parere
debere, nec fore obnoctios fidei, imperioq. suo, nisi
prius ipsis universa jura, Privilegia, Libertates,
Literas, et immunitates, a supramemoratis Mag-
nibus suis Divis Regibus Poloniae, et a nobis
etiam concessas, ac Donatas, quaeq. in posterum, dum
vivimus, a nobis concedentur, Donabunturq. Diplo-
mate suo Rege confirmaverit, et pro viribus suis
juxta tenores earundem in executionem posuerit. Quae
omnia nos quoque pro eodem Serenissimo filio no-
stro recipimus, spondemus, et Rege verbo nostro pro-
mittimus. Id quod signatis his literis signo nostro
impresso consignatis, testatum esse volumus. Datum
Cracoviae Sexta Februarij Anno Domini 1537mo
Regni vero nostri Ingesimo primo. am

A 1537